

ACTIONVM,
CIVILIVM PA-
RITER ET CRIMI-
NALIVM, SYLVA:

Commentario absolutissimo,
AD DIFFICILEM ET VTI-
lissimum Institutionum Imperialium ti-
tulum, DE ACTIONIBVS,
adornata,

à
VDOVICO GOMESSIO,
HISPANO, V. I. D., EMI-
nentissimo.

*Nunc secundò in Germaniā excusa & non tantum com-
moda elegantiq; typorum varietate exornata, sed
è plurimis quoq; mendis vindicata.*

Cum præfatione HERMANNI VLTETI, I. V. D.
clarissimi, & in Academiâ Marpurgensi Pro-
fessoris primarii.

Et INDICE materiarum copiosissima.


M. D C.




I X.



FRANCOFVRTI, Impensis Egenolphi Emmelij.



HERMANVS VVLTEIVS, IVRIS- CONSVLTVS, LECTO- RI CANDIDO, S.P.D.



VLLVS est in uniuerso iure
retractatus, eo, qui est De A-
CTIONIBUS, amplior & u-
silio. Omnes enim iuris partes
peruagatur, nec est uilla, quam
non attingat proprius. Et vere
ita se diffundit, ut cetera omnia ob hoc ipsum vi-
deantur esse tradita, ut intelligatur quid remra in
actionibus sit positum. Ius ars est æqui & boni:
hoc qui assequitur, Iurisconsultus est, & di-
citur sacerdos, nimirum iustitiae, in tribuen-
do cuiq; id, quod suum est. Ita actiones praxin
continent corum, que in arte iuris traduntur. At
quofinis est potior, hoc potiore est omnis, qua de A-
ctionibus suscipitur, inuestigatio. Quam ob cau-
sam operæpreciū mibi fecisse videntur, qui Actio-
num doctrinam commentariis suis illustrare co-
natisunt. Conati autem illud sunt perquam multi,
in quibus nescio an sit uiles alius, qui eam laudem
Ludouico Gomessio Hispano præripiat. Ni-



L V D O V I C I G O-
M E S S I I , H I S P A N I , V R-
B I S O R I O L Æ , R E G N I V A-
lentiæ ciuis, utriusque iuris
Doctoris

*Commentaria super difficulti ac famoso
titulo, Institut.*

D E A C T I O N I B V S.

S V M M A R I A.

- 1 *Commentaria continentia materias extraneas præsumuntur primo composita, & edita, in prin.
Lectura Ias. super isto titulo, an sit sua vel Alexandri. ibid.*
- 2 *Quare rubrica de actione ponatur in plurali.
Actio est unica ut genus. ibidem.
Vitima voluntas in genere datur. ibidem.
Verbum in genere non refert, an pluraliter, an singulariter ponatur. ibidem.*
- 3 *Excusatio dicitur genus.
Lex loquens singulariter videtur loqui uniuersaliter. ibid.
Obligatio est genus. ibidem.*
- 4 *Indefinita equipollit uniuersali, & quando, & quomodo.
ibidem.
Verba in diffinitione proprie accipi debent & essentialiter, non autem improprie & ex benignitate. ibid.
Diffinitio comprehendit tale, non quasi tale. ibidem.
Diffinitio maleficii non competit quasi maleficio. ibidem.*